



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. Selecta de uxoribus ex bonis mariti aliquid usurpantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Dispositio 4. §. 1. De furto corundem filiorum
vide *infra*, *rr.* 2. 6. 7.

8. Quinto : si quid alicui daret, ad evitendum damnum temporale Mariti, nam tunc præsumitur adesse ejus voluntas, Quid ad evitendum damnum ejusdem spirituale, ut si uxor daret elemosynam, quæ Deus Maritum

9 Sextò

9. Sexto. Si pro rebus familiae: vel pro suo victu, cultuque, juxta suum statum, accipiat, &c.
 10. Septimo. Si administret bona, quando Maritus abiens est, vel dissipator, vel stolidus, &c.
 11. Octavo. Si det quid Patri, Matrique; immo & fratribus, fororibus, ac filiis ex alio Marito, quando hi omnes indigent alimentis. Atque in hoc octavo casu advertit, Uxorem, si habeat aliunde, non posse licite hos sibi attinentes alere fructibus dotis: at si non habeat, poterit quidem, sed ex lege communi debet soluto Matrimonio, ea, quae dedit restituere ex sua dote heredibus Mariti; Ratio est, quia quando quis habet unde suos alar, non potest ab alio accipere; quod si accipiat quando suae res sunt impeditae, debet, quando eadem erunt expeditae, restituere.

Quantum possit sibi congregare Uxor ex Mariti bonis.

12. Sed jam singulare aliquod in medium afferamus Ex eo, quod moderatas eleemosynas potest Uxor elargiri, colligit Molina, *ibid. num. 8.* eandem posse illas simul congregare, & totam summam uni simul, verbi gratia, Parenti pauperi tribuere. Nos igitur, pari modo, ex eo, quod eadem Uxor liberales juxta suum statum donationes facere potest, colligere possumus, easdem posse unire, & uni, eidemque simul liberaliter donare. Quidam tamen scopulus est cavendus. Cum enim ad splendorem familiae, adeoque ad honorem Mariti pertineat, donationes has, & eleemosynas facere, non potest licite ita se gerere uxor ut semper uni tantum congreget, quia sic merito vir esset inuitus; ideo non semper, non sapè, sed parcè, sed sine offensione splendoris uti hac arte poterit congregandi in utilitatem vnius.

13. Inquiret Curiosus: Licebitque Vxori hoc congregandi artificium exercere, ut sibi ipsi summam totam, quam congregat, suis usibus liberis applicet? Respondet, quoad eleemosynas non licere, licere quod donationes. Ratio discriminis est, quia eleemosyna pauperibus, vel locis piis debet erogari, qualis ipsa certe non est. At liberalis donatio, sicuti potest reservari pro aliis, cur non pro se ipsa? Verum, tunc scopulus ille detrimenti splendoris familiae multò magis, ut ex se patet, erit declinandus.

14. Unum difficile te doceri, ut video, cupis. Eam quam sit quantitas, quam in hisce eleemosynis, & liberalibus donationibus possit Uxor, vel expendere vel congregare sine viri consensu? Respondet, id non posse, nisi à prudentis Viri judicio decerni, expensis facultatibus Viri, dote allata, necessitate familiae, immò & necessitate, & multitudine pauperum, consuetudine aliarum mulierum similis conditionis, &c. Certè simile quid docet Sanchez *lib. 7. in Decal. c. 19. n. 42.* cum loquitur de quantitate, quam in eleemosynas potest Superior Religionis expendere. Quoniam verò dixi Superiorem Religionis expendere, quoniam verò dixi sub *lib. 5. cap. 1. §. 1. num. 17.* quemlibet satisfacere præcepto de eleemosyna faciendâ pauperibus communibus, si det duos aureos quotannis ex aureis centum, quos fortè habet: quatuor ex ducentis, &c. Idem hic dicit de eleemosynis possit. Altera totidem pro liberalibus donationibus dici posse crederem, quia pro ejusmodi summa, vel non erit inuitus vir, vel certe inuitus erit immerito. Duo tamen adverte. Primum, id dicimus in mediocri patrimonio, nam si divitiarum multum exercecerent, nimis exerceceret Vxorum licentia, ut iterum mox *infir. 2. c. 3. n. 2.* cum de Uxoris furtis dicam, & *ibidem* dixi, cum de eleemosyna. Adverte secundò, excogitatis regulis quibuscumque, nisi tandem hac in re ad prudentis Viri prædictum judicium recurramus, nunquam animos nostros posse conquiescere.

15. Illustrabit, quae haecenus docui, sequens Resolutio: Uxor prædivitis Viri, quae parvam, aut nullam dorem adduxerat, advertens se filios non procreare, unde tempore suae Viduitatis fore, ut indigeret, partim ex

pecuniis clam sine Mariti, ne praesumpta quidem sit, surreptis ex ejus bonis, partim ex eleemosynis largitionibus liberalibus, quas juxta suum statum habere poterat aliis, quas sibi uni cumulat, partim opera, & suo labore extra id, quod obligabat, tenta quotannis, v. g. vno, eodemque vulgari tempore, eaque holostica, & ornata, collegit summam trecentorum aureorum intra decem annos consummatum matrimonij. Hos ergo per fidem serum occulte tiationi applicuit, atque intra alios decem annos ei eventui, ad tria millia aureorum summa pecuniae quâ redditum annum emit suae viduitatis tempore servandum. Nec multò post, è vivis ablato Viri, sivit Vidua à quodam non satis petito Theologo, eam summam, censumque heredibus Viri restitueretur; qui respondit, eam non teneri, sed suae stiria id emolumentum acceptum referre licite possit.

16. Profectò non debuit ita absolute decerni. Quare ad me cum accessisset, eam resolutionem rens animo nondum sedata mulier, distinctionem meam necessariam hanc in re tota adhibendam esse nuntiavi. Nam sex bonorum genera, ex quibus constituta fuit illa summa, perpendenda diligenter summa, & modis pecuniae clam surreptae; & hac tota est tuenda, quia injuste accepta. Secundò, luctu ex hujus repta pecunia negotiatione acquisitum; & hoc tuendum non est, quia pecunia ex se est sterilis, & erum, quod parit, totum credit industria negotiationis. Solum si ex hac resurrectione cessavit viro aliquod erum, vel damnum emerit, debet illud Vxor restituere. Quia tamen ea affirmabat, id certò non esse, jam, quantum ex hoc capite, liberata fuit. Tercio, Perpendenda est pecunia, quae ex suo labore exactio dinatio comparata est ab uxore, & hac tota est uti ut opam lucrum omne ex hujus negotiatione acquiritur. Quarto, Pecunia, quam, fraudando suo genio, sibi reservavit, & hac, ejusque lucrum, pari modo plenè cedit Uxori. Quintò, pecunia, quam ex Eleemosyna pauperibus eroganda sibi uni applicuit; & hac non est Viri heredibus restituenda, vel certè juxta probabilem defuncti Viri voluntatem pauperibus distribuenda, quia ipsa sibi eam utpotè non pauper, applicuit nequaquam poterat: lucrum tamen ex illa uxoris est propter rationem modò in secundo capite dictam. Sextò denique, Pecunia, quam ex liberalibus donationibus quas potuisset facere sibi seposuit; & hac non potest uxori cedere: nam sic passa est familia detrimentum splendoris; quare ad illam partem, quae hoc detrimentum causisset, inuitus merito fuit Maritus; hoc ergo restituat Vxor, necesse est. Et quidem moralè judicio spectatis personis, divitiis, occasionibus, consuetudine, similibus sceminarum, &c. putavi medietatem ejus pecuniae, quam liberaliter dare potuisset, sufficientem fuisse ad decus illud familiae conservandum, quare mediam hanc partem omnino restituat, lucrum verò ex negotiatione utriusque medietatis vxori cedit, quia, ut dictum est, fructus et industria ipsius, & ex alia parte nullum lucrum cessavit ex hoc, nec damnum emerit Marito.

17. Ex dictis ergo bene distinctis apparet Viduam hanc debere restituere. Primum, pecuniam surreptam, quam ipsa dixit fuisse aureos quinquaginta. Secundò, pecuniam congregatam ex Eleemosynis faciendis, quas omnibus expensis (dabat enim præter eam, quae sibi reponere, aliquid subinde pauperibus) censui aureos decem. Tercio, Medietatem pecuniae ex negotiatione liberalium donationum, quam tempore viginti annorum poterat facere, quam medietatem, expensis omnibus, ad viginti aureorum summam circiter ascendere judicavi. Cætera sibi ad viduitatem, ut ipsa dicebat, sublevandam turâ conscientia conservet.